



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Quæ potissimum inquirenda de Parochis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

Septembris	à primo ad 10.	hora 9.	hora 13.
	à 10. ad 20.	9. q. 2.	13. q. 2.
	à 20. ad finem.	10.	14.
Octobris	à primo ad 10.	hora 10. q. 1.	hora 14. q. 2.
	à 10. ad 20.	10. q. 2.	14. q. 3.
	à 20. ad finem.	11.	15.
Novembris	à die primo ad 15.	hora 11. q. 2.	hora 15. q. 2.
	à 15. ad 20.	12.	16.
	à 20 ad finem.	12.	16.
Decembris	à primo ad 10.	hora 12. q. 2.	hora 16. q. 1.
	à 10. ad 20.	12. q. 2.	16. q. 2.
	à 20. ad finem.	12. q. 2.	16. q. 2.

*Ratio pulsandi ad Vesperas.*

A Kal. Nouembris vsq; ad Kal. Martij tam in festis quam in ferialibus.	hora 20.
A Kal. Martij vsque ad Kal. Maij, tam in festis quam in ferialibus.	hora 19.
A Kal. Maij vsque ad Kal. Septembris.	hora 18.
In ferialibus.	hora 19.
A Kal. Septembris vsq; Kal. Octobris, tam in festis quã in ferialibus.	hora 19.
A Kal. Octobris ad Kal. Nouembris in festis.	hora 19.
In ferialibus.	hora 20.
In Quadragesima dieb. ferialibus ad Vesperas vnico signo post Sanctissimi Sacramenti eleuationem pulsatur.	
Salutatio verò Angelica, quæ ante Vesperas pulsari solet, in Quadragesima pulsatur, vel in meridiè, vel	hora 19.
Completorium in Quadragesima diebus ferialibus pulsatur per dimidiam horam.	hora 21.

**CAPVT V.**

**Inquirenda quoad Parochos.**

**I**NQUIRAT autè quo ad Parochos Visitator à Vicario Foraneo, & ab alijs Ecclesiasticis, præcipuè autè à teste Synodali (si aliquis sit in illa Plebe à Pùctatoribus & ab alijs Officialibus & etiam à laicis fide dignis.

Verù sciat, credat, aut fama sit aliquè Parochū illius plebis à Parochia sua facile abesse, præsertim diebus festis, etiã

si abesset, vt alijs Ecclesijs inferuieret.

Secundò. Vtrū sciat, &c. negligentè esse in cognoscendo populū suū. Et hoc etiam ab ipso Parocho experiri potest.

Tertiò. Negligentem in docendo populum ea quæ ad salutem necessaria sūt; tum in generali, concionando diebus festis, & tempore ieiuniorum, ter in hebdomada Quadragesimæ & Aduentus, &

H in

in Schola doctrinæ Christianæ; tum etiam in particulari.

Et hoc an sit, experiatur Visitator.

4 In Sacramentorū administratione.

5 In exponendo vim Sacramentorum in eorum administratione. Et hoc idem experimento Visitator cognoscat.

6 Negligentem in celebratione Missæ: Et hoc ex libro, in quo celebrantes scribunt, inspiciat.

7 In oratione Matutina, Vespertina, & pro defunctis.

8 In diuinis officijs etiam cantandis; quando ea cantare tenetur, & in processionibus.

9 In Visitatione, & cura infirmorum, vt etiam non vocatus eos inuisit.

10 In funeralibus, & anniuersarijs pauperum.

11 In remouendis scandalis, superstitionibus, abusibus, litibus, discordijs, rixis, & quibuscunq; peccatis, præcipuè publicis.

12 In seminandis, inducendisq; virtutibus, præcipuè quoad cultum dierū festorum, & quoad rectam, & religiosam in Ecclesijs conuersationem.

13 In subleuando, & subleuari curando pauperes miserabiles Parochiæ.

14 In præcipua cura Clericorum, aliorumq; Ecclesiasticorum Parochiæ.

15 In conseruandis bonis, & iuribus Parochialis Ecclesiæ.

Item an sciat, &c. aliquem Parochum aliquos particulares ad Missam audiendam expectare, cū populi præcipuè incommoditate.

Item an sciat, &c. aliquem non obseruare in administratione Sacramentorū ea, quæ in sacramentali præscripta sunt.

An sit, qui in Sacramentorum administratione aliquid petat, suscipiatuè, vel in asperione aquæ benedictæ, quando in ædibus sit.

An sit, qui nimis præperè caduera sepeliat. Item an sciat, &c. aliquem, &c. esse simoniacum, auarum, sordidum, aleatorem, gulæ, & ebrietati deditum, luxuriosum, iracundum, venatorem, negotijs secularibus implicatum, alioquè modo scandalosum.

An sciat, &c. aliquem, &c. bona Ecclesiæ dilapidare, vel malè administrare, vel ad longum tempus, vel propinquis locare.

An sciat, &c. aliquam esse difficultatem, quo minus Parochus in Sacramentis administrandis, & quæ ad diuinum cultum pertinent celebrandis, omnibus sufficienter satisfacere possit.

An Parochus audiat in confessione non suos Parochianos.

Statū autem singulorum Parochorū, vt de Canonico dictum est, Visitator cōficiet, vel in vniuscuiusque Parochiæ Visitatione, vel die congregationis post absolutam visitationem: si propter literarum, ac diuinarum ceremoniarum examen, tunc oportunius erit, ad quod Theologi, & ceremoniarum Præfetti illius plebis opera vti poterit.

In conficiendo autem statum Parochi, illis, quæ de Canonico dicta sunt, addat, an Clericum domi retineat: An libros parochiales confecerit ad præscriptum: An doctrinam Christianam singulis diebus festis doceat. Et an eius fodalitatem instituerit: An sermonem ad populum intra Missarum solemnium diebus præscriptis habeat, & qua hora Missam celebret: Et an ad Kalendarij præscriptum, quæ populo denuncianda sunt, denunciet.

An officia diuina temporibus statutis canat.

An diebus Dominicis ante quatuor stana ieiunij tempora supplicationes, Litaniasq; habeantur pro ordinandis.

Gene.  
Prou.  
4. de Pa-  
roch.  
Petr. p.  
2. c. 13.

An educationem, disciplinam, & progressum Clericorum sibi subiectorum procurauerit, ac Reuerendiss. Archiepiscopo tertio quoque mense significauerit: An personarum Ecclesiasticarum domicilij mutationem eidem denunciauerit: An quæ de conuentu menstruo præscri-

pta sunt, seruet: An absque legitima facultate ludimagistri officium præstet, & demum quem fructum anno illo, cum ratione progressus spiritualis populi, præsertim quoad Sacramentorum frequentiam, tum etiam ratione ipsius Ecclesie fecerit.

CAPVT VI.

Quæ in literarum examine potissimum inquirenda in Visitatione.

**Q**UOD autem ad literarum examen spectat, præcipue cognoscendus est progressus, & fructus exercitationum in alia Visitatione præscriptarum: & an in Catechismo ad Parochos, in aliisque libris præscriptis versatus sit. Maxime verò insistendum est circa Sacramentorum cognitionem, & administrationem: exempli causa.

**Circa sacramentū in genere**

- Quid sit Sacramentum.
- A quo Sacramenta instituta sint.
- Quare instituta sint.
- Quomodo differant Sacramenta nouæ legis à Sacramenta veteris legis.
- Quot sint Sacramenta nouæ legis, & quare tot.
- Quæ Sacramenta ministret Parochus.
- Quid Parochus intendere debeat in Sacramentorum administratione.
- An ministras in peccato mortali peccet mortaliter.
- An excommunicatus possit ministrare Sacramenta, & quomode.

**De Baptismo**

- An hoc Sacramentum sit omnino necessarium.
- Quotuplex sit Baptismus.
- Quæ sit eius materia & forma.

- An Parochus peccet vtendo alia aqua, quam Baptismali, & quando.
- Quot modis ministretur, & Parochus possit vti ritu, quæ maluerit.
- Quando quis baptizandus sit.
- Quæ faciendâ à Parocho ante administrationem, in administratione, & post administrationem Baptismi.
- Expositos quâdo, & quomodo baptizet, & quomodo illum, qui dum in vtero est, in aliqua parte baptizaret.

**De Baptismo**

- Quomodo monstrum.
- Quos à susceptione excludat.
- Quæ cognatio, & inter quos oriatur.
- Quid faciat quando deficit, vel corrumpitur, vel congelatur aqua.
- Sal quo vitur, vnde sumat, & an benedicat, & quid agat de benedicto, quod superest.
- An hoc Sacramentum sit necessarium.

**De poenitentia**

- Quomodo differat à poenitentia, vt est virtus.
- Quæ materia, & quæ forma.
- Quæ præparatio, seu dispositio

